



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

302 Pontificius Legatus non Cardinalis an permutationes admittere possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

302  
Pontificius  
Legatus non  
Cardinalis an  
permutatio.  
posse admittere  
posse.

Legatus quidem Pontificius non Cardinalis permutaciones beneficiorum queat admittere, nisi speciale super hoc habuerit mandatum, quando quidem conferendi potestate caret. d. c. i. de offic. Legat. in 6. Sin beneficiorum permutatorum collatio pertineat ad Episcopum & Capitulum simul & coniunctim, sede vacante solum Capitulum permutaciones admittere poterit, cum possit absolutè simpliciterque vacantia beneficia conferre. c. vnic. in princ. ne sede vac. aliq. innou. in 6. quasi iure quodam accrescendi. Sed ecquid etiã priore casu (quando nimirum soli competit Episcopo beneficiorum permutandorum collatio) saltem resignationem ex causa permutacionis poterit recipere vel admittere Capitulum sede vacante, reseruata nempe futuro Episcopo collatione? sic existimat quidẽ Senensis in suo tractatu de permutat. quæst. 36. verum rectius mihi sentire videtur Lopus in suis ad eundem Senensem Additionibus, ne hoc quidem Capitulo permittendum esse si resignatio sit omnino voluntaria spontaneaque (sicut inter permutantes vt plurimum contingit) licet rationis aliquid habeat ea sententia si quibus propter aliquam culpam necessitas resignandi forsitan imponeretur in pœnam; quo casu resignationis acceptatio meræ foret Iurisdictionis absq; collationis vel Episcopalis vel Pontificalis vel cuiuslibet alterius præiudicio. Quæ distinctio satis probari videtur argumento cap. admonet. de renúciatione. vbi beneficiorum renun-

303  
An ne saltem  
resignatio  
posse per Ca-  
pit. acceptari.

ciatia